

dicit, ‘quod procurator cleri se actorem pretendat’, et in isto casu non admittitur caucio de iure etc., dicitur: utrum in casu presenti, quo super nullitate processuum procurator dicti cleri procedere intendit atque appellaciones eorundem prosequi proponit, iudicantis relinquitur arbitrio. Et presupposito ipsum esse actorem et non defensorem, tamen nulli dubium, quin, si de mandato dubitacio oriretur, admittendus esset, dummodo sufficientem de rato prestaret caucionem, et hoc utroque iure, 140 si quis bene tueretur, expresse cavitur. Et si que lex diceret in dubio caucionem de rato locum non habere, in casu nostro minime loquitur.

Item ad articulum, qui incipit ‘Item ad aliam replicam’ etc.¹²⁾ dicit, quod dato, quod ille terminus ‘clerus communis’ nomen sit collectivum, tamen per terminos in commissione prima positos restringitur atque restringi debet ad eum clerum communem, qui in procuratoriis, nomine cuius dicta commissio impetrata extitit, expressus est et causas nullitatis et appellacionum predictarum prosequi intendunt, et sic precognitores sacri concilii hanc commissione primam signando ad expressos in procuratoriis predictis prius ab ipsis visis et examinatis se retulerunt. Item ad idem, si in casu nostro materia dici debet naturalis, cuius tamen oppositum creditur, et si opus foret, oppositum probaretur, tamen adhuc indefinita non equipolleret universalis, quia non omnium particularium eadem est racio 150 et condicio propter accidentis in casu proposito etc. In hoc tamen pro presenti diuicius immorandum non est, cum pretextu declaracionis secunde commissione quilibet de clero diocesis Treuerensis in presenti causa nullitatis atque aliis in predicta commissione explicatis agere potest et se defendere.

Ultimo ad alios articulos postea usque ad finem positos dicit procurator cleri sepediti, quod omnia et singula posita in hiis non sunt nisi convicia, fabule, iniurie, mendacia totaliter et excogitata, 155 culpam magistro Nicolao de Cusa tribuens rei geste, cuius minime autor fuit, si saltem reprehensibilis res gesta cum domino electo Treuerensi in principio dici debet, quod tamen nequaquam creditur, cum provisio domino electo de ecclesia Treuerensi, approbante tota patria, auctoritate capituli dicte ecclesie, cuius interest vacante ecclesia de futuro pontifice providere, facta sit et sortita effectum, prout hactenus de iure et laudabili consuetudine observatum extitit. Utinam hanc sanctam et laudabilem provisionem conceptor exhibitorum partis adverse in hac causa suis callidis persuasionibus, consiliis, favoribus et auxiliis in destruccionem huius sancte et antique ecclesie Treuerensis atque suarum devotarum incolarum in persona domini Rabani episcopi Spirensis non inbrattasset ac in turbacionem posuisset! Horum eciam ultimo exhibitorum conceptor in suis pretensis articulis satis inurbane, rude et indigeste — salva eius reverencia — falsissime iuxta morem suum solitum r. p. dominum Vdalricum electum Treuerensem diversis conviciais iniuriouse pungit, cum tamen hac in causa de iure ipsius penitus nulla mencio principaliter facta sit aut de eius titulo disputetur de presenti, quare merito eundem dominum electum maculare et infamare in suis honore et persona non deberet.

Quibus sic positis eciam procurator predictus cleri supradicti protestatur, quod per premissa in nullo intendit iniuriari parti adverse aut alteri cuicumque iniuriam inferri, sed dumtaxat ius partis 170 sue et honorem eiusdem, quem procuratores partis adverse aut conceptores excepcionum suarum et quadruplicacionum calumpnioso et studiose iniuriandi animo denigrare intendunt, et ad ostendendum partis adverse apertam maliciam, malam causam, debile fundamentum ac cavillationem, et non aliter nec alio modo.

172 intendunt: intendit.

¹²⁾ Nr. 184 Z. 51ff.

<kurz nach 1433 Juli 15.>

Nr. 186

(Job Vener.) Duplicaciones contra secundam commissione et alia.

Reinentwurf: Rom, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 115^r-121^v.

Druck: Heimpel, Vener Nr. 49.

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 34 Nr. 57, 83 und 171f. (mit Auszügen).

Zum Datum s. Meuthen a.a.O. 34. Angriffssache sind die — von den Duplikationen NvK zugeschriebenen — Replikationen Nr. 185.

Nach einer längeren allgemeinen Einleitung stellt er zunächst fest, quod nec dictus Nicolaus nec Heilwicus neque magister Iordanus habent mandatum ad huiusmodi causam prosequendam, licet pro procuratoribus se gerant, ut alias allegatum est. Et consequenter p. v. non debet eos ad prosequendum huiusmodi causam admittere ...

5 *Die zweite Kommission sei ungültig, quia contra tenorem decreti deducti in huiusmodi causa pro parte ... archiepiscopi fuit signata...*

Item eciam excipiendo dicit, quod dictus Nicolaus et alii, pro quibus dicit se procuratorem, licet false, fuerunt, prout sunt excommunicati ... et interdicti, prout ipsem Nicolaus fatetur, et consequenter per p.v. non debent admitti ad agendum in huiusmodi causa ...

10 Item veniendo ad responsionem ad replicationem partis adverse, que incipit 'Hiis premissis' etc., et ad illud, quod dictus adversarius videtur allegare, quod hic 'non disputetur de cathedrali nec collegiata ecclesia' etc.,¹⁾ dictus procurator ... excipiendo dicit ...: Hic agitur de ecclesia cathedrali metropolitana, quam dictus Nicolaus Cancri cum ydolo suo et suis satalitibus vellent per trufas et bufas et per tyranidem notoriam occupare. Et ut tyraniam suam continent, sompniarunt huiusmodi pretensam nullitatem et ... Rabanum in litibus involvere, ut involuto in litibus dictum ydolum et ipse Nicolaus continuent melius eorum tyranidem et trufas...

15 Item eciam dicit, quod dictus Nicolaus Cancri et ydolum suum ac alii non possunt dici 'lesi et gravati' per aliquem 'processum ad instanciam ... Rabani' ... factum²⁾), quia, si dictus Nicolaus et alii tyrani sui socii inobedientes et rebelles sedi apostolice obedirent mandatis apostolicis ..., ipsi obedirent dicto ... archiepiscopo pure tamquam eorum domino ..., et omnes iste querele et trufe adversariorum cessarent. Et non petebatur aliud ab eis, nisi quod obedient prelato suo ..., quia certum est, quod ille, qui non intrat per hostium, sed aliunde, fur et latro est.³⁾ Et talis est ydolum dicti Nicolai, quem ipse dominum temporalem ausu sacrilego nominare audet ore poluto ...

20 *Die getadelte Heranziehung des Dekrets der fünften Session⁴⁾ sei seitens Rabans zurecht erfolgt, quia sibi per verum vicarium domini nostri Ihesu Cristi de dicta ecclesia Treuerensi provisum fuit, cui dicti adversarii tamquam a fide devii non obediunt, licet omnes prelati et principes catholici obediunt. Deshalb sei gegen sie tamquam contra scismaticos et hereticos ac inobedientes ... sedis apostolice et hostes publicos vorzugehen. Dass die Sache nicht 'mere prophana' sei, ergebe sich aus den Unterlagen.*

25 *Zu der Behauptung, quod 'affexcio hominis nostris temporibus intellectum excecat, quod nec verba aut mentem eorundem interpretari possint' etc.⁵⁾), dictus procurator ... dicit, quod verum est, quod affeccio excocavit Nicolaum Cancri et alios rebelles et inobedientes mandatis sedis apostolice. Et sic hoc argumentum recte facit contra dictum Nicolaum et alios, qui propter affectionem cecam in tantam rebellionem et inobedientiam ac tyraniam sunt positi...*

30 Item ad illud, quod dictus Nicolaus mendaciter asserit, quod, qui fecit excepciones, 'passionatus aut munere favoreve cecatus aperte convincitur, qui se et scientem et intelligentem iurium interpretem facto nititur ostendere' etc., 'videtur illam sessionem allegari' etc.⁶⁾), dictus procurator ... dicit, quod contenta in dicto decreto ac excepcionibus dicti domini archiepiscopi sunt notoria et vera et faciunt ad propositum et satis dictus Nicolaus Cancri et alii rebelles socii sui sunt cecati intellectu, qui volunt glosare dictum decretum per trufas et mendacia, que eis in hac parte non poterint prodessere ...

35 *Wenn der Gegner behauptete, die zweite Kommission stelle nur eine Erläuterung der ersten dar⁷⁾, so gelte hier, quod ... illius est declarare, cuius est condere, et hoc solum spectat ad sacrum concilium. Et si ... concilium hanc ultimam pretensam commissionem concessisset, prout non concessit, tamen per eam attenta eius signatura, si ita ... concilium, prout fuit signata, signari mandasset, nichil declarasset, quia signatura dicte commissionis, licet nulliter et de facto, factum habet, quod admittat clerum dyocesis pro suo interesse, et tamen hic nichil declaratur de prima commissione, que eciam surrepticia et invalida est. Nec dictus clerus habet aliquod interesse, cum pro maiori parte fere totus clerus obediatur ...*

15 involuto: involutus 35 convincitur: confincitur.

¹⁾ Nr. 185 Z. 24f.

²⁾ Nr. 185 Z. 28-30.

³⁾ Ioh. 10,1.

⁴⁾ Nr. 185 Z. 34.

⁵⁾ Nr. 185 Z. 37ff.

⁶⁾ Nr. 185 Z. 44-46.

⁷⁾ Nr. 185 Z. 49.

Rabano . . . , excepto dicto tyranno ydolo ac dicto Nicolao Cancri et paucis aliis suis satalibus . .

Item dictus Nicolaus Cancri alias Kusa, volens colorare trufas suas et sociorum suorum, dicit, ‘quod tam sublimes persone, quales sunt sancte Romane ecclesie cardinales, sua exercentes officia, non tenentur in exercitiis suorum officiorum cerciores reddere personas’ etc., et ‘quod in hoc casu tanto 50 magis ludibriosum fuit investigare’ etc. ‘ipsum dominum vicecancellarium et dominos precognitores in conspectu universalis ecclesie exercentes’ etc.⁸⁾ Dictus procurator . . . dicit, quod ex tenore dicti decreti constat notorie, quod dictus dominus vicecancellarius ac dicti domini precognitores non potuerunt signare dictam pretensam commissionem, et sic nichil ad propositum, et omnia allegata per dictam partem adversam sunt trufe et mendacia . . .

55

Item dicit dictus Nicolaus, ‘quod facta revellunt, si videt, quis causam agitat in vestra judiciali presencia, et satis ex hoc manifeste et notorie apparebit et usque nunc apparuit’ etc.⁹⁾ Dictus procurator excipiendo dicit, quod usque nunc non constat, quis agere pretendat, nisi dictus Nicolaus, qui somniavit istas trufas. Nam per tenorem pretensorum mandatorum non constat, quod ipse habeat potestatem faciendi ea, que facit et fecit. Et ipse Nicolaus est, qui libenter inficeret alios, ut 60 tenerent opinionem suam. Nec per tenorem prime pretense commissionis constat, quis sit ille, qui agere velit in huiusmodi causa, sed dictus Nicolaus se ingerit ad hoc . . .

Item predictus adversarius dicit, quod ex dictis per eum constat ‘inanitas duorum articulorum sequencium, cum sint vacuati et per ipsam commissionem novissimam’ etc.¹⁰⁾ Dictus procurator . . . dicit, quod dicta pretensa commissio novissima fuit . . . nulla et per non habentem potestatem et 65 contra tenorem dicti decreti signata. Et consequenter non fuit potestas vobis, r. p., attributa, et sic dicti articuli pro parte . . . archiepiscopi dati sunt veri . . .

Item ad illud, quod dictus adversarius . . . ‘valde miratur, quod tam indigesta et ociosa verba’ etc. ‘in medium proponuntur’, quia dicit, quod ‘nullum ius ex privatione quoquomodo acquiri potest’ etc.¹¹⁾, dictus procurator . . . dicit, quod, si pretensa commissio ultimo presentata fuisse validum, prout 70 non est, et signatura eius respondisset ad petitam in dicta commissione, notorium est, quod processus, qui in vim prime commissionis factus nullus est, ratificaretur, quod fieri non debebat, cum pars adversa debebat propterea in expensis condemnari, et in hoc fieret magnum preiudicium dicto domino archiepiscopo, quod ea, que nulla sunt, ratificarentur per commissione et pars adversa relevaretur ab expensarum condemnacione. Et sic non miretur predictus allegans, quod illa talia sint scripta 75 et proposita . . .

Item respondendo ad responsonem, que incipit ‘Item descendendo ad illa’ etc.¹²⁾ . . . , notorium est, quod per secundam constitutionem revocatur prima, eciam si eosdem constitutum. Et iste est intellectus verus legis, et dictus Nicolaus deberet verecundari allegare contrarium, quia de iure hoc notorium est. Et ad illud, quod dicit, quod ‘clerus civitatis Treuerensis unum procuratorem et certus 80 cleris dyocesis eundem una cum aliis ad simile’ etc.¹³⁾, dictus procurator . . . dicit, quod ex predictis constat, quod cleris communis non constituit procuratores et consequenter in vanum sunt impetratae pretense commissiones, quia dicit, quod certus cleris dyocesis, et ergo non communis. Et ita est in rei veritate, quod cleris communis non constituit, sed certi trufatores dicentes se procuratores aliorum . . . , a quibus nullam potestatem habuerunt, dicebant se procuratores constituere. 85 Et ista una unde vacua constitucio, et in vim ipsius iterum substituitur magister Iordanus, qui similiter non potuit substitui. Et sic iudicium claudicat eciam ex istis.

Was der Gegner über die Revokationsklausel anfügte¹⁴⁾, sei contra iuris dispositionem, quia nullus dubitat, quod per secundam constitutionem, ubi non ponitur clausula ‘citra revocationem’, revocetur prima, eciam si eosdem constitutum . . .

90

Wenn die Gegner sich als ‘boni veri catholici’ usw. bezeichnen¹⁵⁾, so können sie eben nicht ‘menbra ecclesie’ genannt werden, sed bene menbra dyaboli, quia . . . rebelles . . . sedi apostolice et domino pape ac excommunicati . . . ac in nullo obedient Romane ecclesie . . .

8) Nr. 185 Z. 56-62.

9) Nr. 185 Z. 67-69.

10) Nr. 185 Z. 72f.

11) Nr. 185 Z. 76-78.

12) Nr. 185 Z. 86.

13) Nr. 185 Z. 100f.

14) Nr. 185 Z. 104ff.

15) Nr. 185 Z. 119f.

*Was ihre Haltung gegenüber den Zensuren anlange¹⁶), so sei zu sagen, quod iudicare, si censure ecclesiastice
95 sint late rite vel ne, non spectat ad partem adversam, sed tenetur obedire mandatis apostolicis, quia
piarum mencium est culpam timere...*

Item dicit, quod dictus adversarius nichil dicit de papa, utrum possit absolvere vel ligare. Et ut
creditur, modicum sentit pars adversa de potestate pape, qui est vicarius verus Ihesu Christi et habet
plenitudinem potestatis solvendi et ligandi et cuius auctoritate ... dicti adversarii sunt excommuni-
100 cati...

*Was die angebliche Inabilität des päpstlichen Exekutors anlange¹⁷), so stellt er fest, quod dictus dominus
executor fuit...habilis..., et istas trufas somnialiavit dictus Nicolaus Cancri et eius socii et nullus
alius. Et ipse asserit, quod ipse 'easdem nullo iure approbat' scit.¹⁸) Et tamen ista talis sciencia
est erronea et non recta ratione informata, sed amore carnalitatis et nequicie execucata...*

105 Item dicit dicta pars adversa, quod 'id, quod nichil est, ligare non potest' etc.¹⁹) Doch: Quis decla-
ravit nullum fore, nisi dictus allegans interpretator perversus, cuius iudicio per alios credi non debet,
quia notorium est, quod omnes processus per ... episcopum Heribolensem et suos subdelegatos
sunt iusti et auctoritate sedis apostolice facti...?

*Was die angebliche Annullierung der Zensuren durch die vorgängigen Appellationen betreffe²⁰), so stehe es
110 per confessionem partis adverse notorie fest, quod papa cassavit omnes pretensas appellaciones...*

*Die von der Gegenseite verlangte caucio²¹) sei respectu dicti domini archiepiscopi Treuerensis et ecclesie
sue nicht zuzulassen.*

*Zu den gegnerischen Ausführungen über das kollektive Verständnis von 'clerus communis'²²) bemerkte er, quod
dicta prima commissio est nulla et insufficiens et restringit se ad clerum communem Treuerensem,
115 que solum intelligitur de clero communi civitatis, non autem ecclesie cathedralis vel dyocesis. Et
cum clerus ecclesie et civitatis Treuerensis obedient ... Rabano ..., dicta prima commissio non pro-
dest dicto Nicolao in aliquo, nec eciam secunda, que signata et concessa est per non habentem potes-
tatem...*

120 Item dictus Nicolaus videtur allegare, quod allegata contra eum sint 'fabule' etc., 'si saltem repre-
hensibilis res gesta' etc.²³) Dictus procurator ... dicit, quod ... revera reprehensibilis est huiusmodi
res gesta, cuius auctor et director eiusdem dictus Nicolaus fuit et est...

*Was die Provision Ulrichs anlange²⁴), so gelte, quod providere dicte ecclesie de pastore et pontifice ad
solum papam spectat et non ad capitulum nec ad patriam, quia si provisio dicte ecclesie spectaret
ad capitulum, non indigeret provisione pape, cum hoc non sit verum tamen, quia papa reservavit
125 omnes ecclesias cathedrales et metropolitanas dispositioni sue cum decreto irritante²⁵), quia decre-
vit papa irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter
contingeret attemptari. Et si de potestate pape dictus Nicolaus et alii dubitant et quod non poterat
papa providere dicte ecclesie de persona dicti domini archiepiscopi, tunc eciam dubitarent de fide
catholica, cum ad papam spectet providere ecclesiis cathedralibus et non ad Nicolaum nec patriam aut
130 capitulum, prout ipse mendaciter asserit...*

¹⁶) Nr. 185 Z. 120ff.

¹⁷) Nr. 185 Z. 122ff.

¹⁸) Nr. 185 Z. 124f.

¹⁹) Nr. 185 Z. 125.

²⁰) Nr. 185 Z. 126ff.

²¹) Nr. 185 Z. 134ff.

²²) Nr. 185 Z. 143ff.

²³) Nr. 185 Z. 155-157.

²⁴) Nr. 185 Z. 158ff.

²⁵) Gerade die Kanzleiregeln Martins V. enthalten im Unterschied zu den entsprechenden Reservationen seiner Vorgänger und Nachfolger diese Reservation nicht. Vgl. E. von Ottenthal, *Regulae Cancellariae Apostolicae*, Innsbruck 1888, 124 Nr. 2 mit Ann. 2; 238f. Nr. 2; 255 Nr. 2. Auch die Ernennungsbulle für Raban 1430 V22 beruft sich nicht auf eine allgemeine Reservation, sondern auf eine ea vice specialiter noch zur Zeit Eb. Ottos erfolgte Reservation. Dagegen batte die Stellungnahme Nr. 81 sich auf eine Reservation Martins V. erst anlässlich der Provision und ein entsprechendes decretum irritans berufen. Doch die Ernennungsbulle wies diese irritans-Klausel wie die Reservation in die Zeit Eb. Ottos.

Item eciam dicit dictus Nicolaus Cancri, quod procurator dicti domini Rabani archiepiscopi Treuerensis 'Vlricum' assertum 'electum iniuriouse inpingit' etc.²⁶⁾ Dictus procurator ... dicit, quod nulla iniuria fuit sibi facta, quia ... ipse Vlricus sit tirannus et sacrilegus ac excommunicatus ..., et auxilium brachii secularis invocatum contra eum et alios ..., et quod debeat contra eum et sibi adherentes tamquam contra suspectos de heresi procedi ..., nullus dubitat nisi dictus Nicolaus Cancri, qui ¹³⁵ principalis fautor et defensor huiusmodi criminum existit. Et qualia opera dicti Vlrici et suorum sequacium sint et fuerunt, facta eorum demonstrant et certa scripta per canonicos Treuerenses et alios ad hoc sacrum concilium destinata.²⁷⁾ Et non est opus multum allegare...

²⁶⁾ Nr. 185 Z. 166.

²⁷⁾ Schreiben des Kapitels 1433 III 11 (Meuthen 148) und der Stadt Trier 1433 I 19 (23 Nr. 35, 146 und 153).

⟨1433 Juli.⟩

Nr. 187

⟨Job Vener.⟩ Memoriale in causa domini archiepiscopi Treuerensis für einen Konzilsvater.

Reinentwurf (mit mehreren Korrekturen und Zusätzen in flüchtigerer Schrift von Job Vener): ROM, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 134r–135r.

Druck: Heimpel, Vener Nr. 50.

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 34 Nr. 58 und 172.

Zum Datum s. Meuthen a.a.O. 34.

Der ganze Klerus der Stadt Trier und der größte Teil des Klerus der Diözese haben Raban Gehorsam geleistet, auch solche, die zunächst appellierten und von ihren Appellationen nunmehr Abstand genommen haben. Der Klerus in dem von Ulrich besetzten dominium temporale von Trier ist aber von diesem gezwungen worden: prosequi appellaciones memoratas, non quidem intrus, sed nomine ipsius cleri.¹⁾ Unde magistri N. Kusa et Helwicus taliter qualiter obtinuerunt committi causam appellacionum et pretense nullitatis processuum iudicibus in concilio generali primo pro clero Teruerensi²⁾, cuius tamen ammodo non sunt procuratores, quia civitas totus clerus recedens ab appellacionibus est in obediencia domini Rabani³⁾, deinde per modum cuiusdam reformatio[n]is pro clero dyocesis Treuerensis⁴⁾, qui tamen solum in territoriis occupatis per intrusum prosequitur causam. Et maior pars dyocesis est in obediencia domini Rabani et recessit ab appellacionibus, ymmo et clerus de territoriis, ut premittitur, occupatis creditur ⁵ hoc prosequi invitus, ymo tota ista prosecucio principaliter fit ad prolongandum detencionem intrusi, ut resumptis divinis in castris, oppidis et villis, que et quas occupat, populi contententur, qui alias metu carencie divinorum et processuum minus voluntarii redderentur. Unde nunc pendet causa coram domino Ludewico de Garsiis et adhuc disputatur de viribus commissionum et procuratoriorum⁵), licet pars adversa eciam articulos super pretensa nullitate processuum obtulerit valde multos, quibus responsio non est facta.

Pretendunt autem adversarii excommunicationem executoris propter detencionem quorundam clericorum suorum ex causa rationabili, ut presumendum est, factam⁶⁾, nec fuit aut est executor denunciatus. Item quod post appellacionem legitimam fuerint sentencie promulgata, cum tamen appellaciones prius essent cassate⁷⁾ et alias sint frivole, ymo nulle. Item quod cessacio a divinis et interdictum generale non debuerint promulgari, et sic et alias non sit servata forma mandati etc., que tamen committit penas arbitrio iudicantis. Et posito quod cessacio et generale interdictum locorum, ad que declinare contigerit rebelles, possent cavillari, tamen excommunication, privatio, inhabilitacio et specialia interdicta ecclesiarum per rebelles occupatarum adhuc starent, cum sint separabilia et rite lata, et sic utile per inutile non viciaretur. ²⁵

Item pretendunt quasdam excepciones in processibus pie factas propter aliquos nobiles et cives, qui metu corporis et rerum non vellent specialiter nominari, nullas et incertas etc. et ex hoc processus invalidos. Que tamen attenta causa iustissima et pia ex radice optima emanarunt. Et posito quod ille excepciones eciam cavillarentur, non tamen propter hoc residua essent nulla...

Item inter alia pretendunt provisionem apostolicam cum tanta maturitate factam fore nullam, finientes eciam aliquas subrepções et obrepções, cum tamen motus proprius pape in pluribus litteris exprimatur. Et posito quod non exprimeretur, adhuc tales provisiones per papam ex certa scientia de consilio dominorum cardinalium facte non consueverunt taliter cavillari, nisi pape intencio fundatur expresse super aliquo falso suggesto, quod hic nullatenus reperitur. ³⁰